Sanctificationibus tuis omnipotens
deus et uicia nostra curentur:
et remedia nobis eterna proueniant.
Ab omnibus nos Super populum. P(er).
quesumus domine peccatis propicius absolue
ut percepta uenia peccatorum liberis tibi
mentibus seruiamus. P(er). Dominica ii. xxxv. Remi(niscere).
Misere(re) miserea. Or(atio).
Deus qui conspicis omni nos
uirtute destitui interius exteriusque
custodi: ut et ab omnibus aduer
sitatibus muniamur in corpore: et a pra
uis cogitationibus mundemur in men
te. P(er). Lectio ad thessalon(icenses).
Fratres: Rogamus uos et obse
cramus in domino ihesu: ut quem ad
modum accepistis a nobis quomodo
uos oporteat ambulare et placere
deo. sic et ambuletis ut habun
detis magis. Scitis enim que pre
cepta dederim uobis per dominum
ihesum. Hec est enim uoluntas dei
sanctificatio uestra: ut abstineatis
uos a fornicatione. ut sciat unus
quisque uestrum suum uas possidere in
sanctificatione et honore. Non in
passione desiderii: sicut et gentes
que ignorant deum. Et ne quis super
gradiatur neque circumueniat in
negotio fratrem suum: quoniam uindex
est in omnibus hiis dominus. sicut predix
imus uobis et testificati sumus.
Non enim uocauit nos deus in immundi
ciam: sed in sanctificatione. In christo

ihesu domino nostro. [illegible]
Dixit dominus mulieri chananee
non est bonum sumere pa
nem filiorum et mittere
canibus ad manducandum. V. Et
illa dixit etiam domine nam et catelli
edunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suorum. V.
Ait illi ihesus mulier
magna est fides tua
fiat tibi sicut petisti. xv. Secundum matheum.
In illo tempore: Egressus ihesus de genesareth secessit
in partes tyri et sydonis. Et ecce mu
lier chananea a finibus illis egres
sa: clamauit dicens ei. Miserere
mei domine fili dauid filia mea ma
le a demonio uexatur. Qui non
respondit ei uerbum. Et accedentes

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Rueter FF 0011, Recto – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-js0u/7239/58541)